in
ter noxias flammaſ · hoc prophetę ſci in captiuitate teſtantur; Quã uis eni
paternã correptionem. fortiſſime et piiſſime t pertuler perceperunt. Non tamen
tacent haec accidere meritis peccatorũ; horum enĩ uox ẽ et in pſalmis ·
emendanſ emendauit me dnſ · et morti non tradidit me. flagellat
enim omnem filium quem recipit; Et quis eſt filius. cui n̄ d& diſciplinã
pater eiuſ; Quod uero adiungit. Effunde iram tuã in genteſ quae te
non nouerunt. et in regna quę nom̄ tuũ non inuocauerunt. Etiam iſta
prophetatio ẽ. non optatio ·, non maliuolentię uoto iſta dicuntur. Sed
ſpũ preuiſa predicantur ·, Sicut de iuda traditore. quae mala illi fue
runt pro ſuiſ meritis euentura. Ita prophetatu ſunt. quasi optata ſint ·,
Quemadmodum enĩ propheta n̄ imperat xp̄o. quamuis modo imperatiuo
prenuntia& qđ dicit. accingere gladio tuo circa femur tuũ potentiſſi
me. ſpecie tua et pulchritudine tua. intende et proſpere procede
& regna. Ita et hic non optat ſed prophetat qui dicit · effunde irã tuã
ingenteſ. quę te n̄ cognouerunt ·, Quo d more ſuo repetit dicenſ · et in re
gna quę n̄ inuocauerunt nom̄ tuũ ·, Nam genteſ. per regna repetitę ſunt.
Et qđ eum non nouerunt · per hoc repetitũ ẽ. qđ non inuocauerunt nom̄
eiuſ ·, Quomodo ergo intellegendũ ẽ. quod ait dnſ in euangelio. Seruus
qui cum ſcit uoluntatẽ domini ſui. et facit digna plagis uapulabit paucis ·
Seruus aũ qui neſcit uoluntatẽ domini ſui. et facit indigna plagis uapula
bit multis. Sic maior dĩ ira eſt. in genteſ quę dm̄ non cognouerunt. In eo
quippe quod ait. effunde iram tuã · ſatis hoc uerbo indicauit. quã mul
tam iram uoluerit intellegi ·, Unde poſtea dicit · redde uicinis nr̄is
ſeptieſ tantũ ·, An quia multum intereſt inter ſeruos. qui licet neſciant
uoluntatẽ dni ſui. tamẽ inuocant nom̄ eiuſ. Et alienos a familia tanti pa
triſ familias. qui ſic ignorant dm̄ · ut nec inuocent dm̄. Inuocant enĩ pro
eo. uel ſimulacra · uel demonia · uel quamlibet creaturã. non creatorem
qui ẽ benedictus in ſecula ·, Neq; enĩ iſtos de quibus hoc prophetat. ita neſcien
teſ ſignificant ſui dnĩ uoluntatẽ. ut tamẽ ipſum dnm timeant. ſed ita ipſũ

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 164, p. p.%2045 – The fourth volume of a six-volume commentary on the Psalms by St. Augustine (http://www.e-codices.ch/en/csg/0164/p.%2045)